



*Ebrius.* Discutiamus, quot modis mens inebrietur humana; inveniens etiam ebriosos, qui sibi sobrii videntur. Si quid tamen ebrietate esse amplius potest, cupiditas, & avaritia, non solum ebrium, sed & rabidum hominem reddunt, & obsecrae concupiscentia inebriant animam. Orig. hom. 7. in Levit.

*Tempestas.* Unicusque sua cupiditas tempestas est. S. August. ferm. de Verb. Dom. ferm. 13. in fine.

*Rete.* Avaritia est rete diaboli, quod expandit super faciem universae terrae. S. Alb. M. hom. de S. Andrea.

*Arbor ulmea.* significat hominem divitem in hoc Mundo: sicut enim arbor illa sublimis est, & amara, & humida, & tamen fructibus vacua; ita & quicumque dives saeculi hujus, quamvis sublimetur honoribus, tamen si ad pauperem Christi, tamquam ad vitem, elemosinarum suarum brachia non extendit, à fructibus aeternae vitae vacuus manebit. Omnes divites timeant exemplum illius arboris infructuosa, & sterilis, id est, illius, qui purpura, & bysso induebatur. Arbor enim amara, & sublimis erat in Mundo; sed quia ramos misericordia non expandit ad Lazarum, flammam recipere meruit in Inferno; & ab illo petebat guttam, cui negaverat micam. S. Cæsar. ep. Arelat. hom. 24.

*Sterquilinum.* Avarus comparatur sterquilinio: quia sicut sterquilinum congregatum corrumpitur, & foetet; dispersum vero facit agros fructificae: sic divitiae avari, quamdiu sunt congregatae, animam corrumpunt; sed dispersae pauperibus, ipsos nutriunt, & divitum peccata redimunt. S. Bonavent. diat. fal. cap. 6. de avar.

*Canis.* Sicut canis sequens duos homines in capite viarum, offendit, quis fit Dominus ejus: quia tunc sequitur Dominum suum proprium, & dimittit extraneum; sic divitiae in capite mortis sequuntur Mundum, & avarum dimittunt. Id. ib.

*Lupus.* Quid avarus? numquid lupus rapacissimus? S. Gregor. Nyss. or. 1. in illa verba: *faciamus hominem.* Lupus & agnus pascuntur simul. Il. 65. 25. lupum vocat divitem, agnum pauperem. S. Chrylost. tom. 6. ferm. de mob. hominis.

*Ovis.* Qui divitias congregat, sunt sicut oves, quae lanam portant ad tempus tonsionis, non sibi, sed aliis. Joan. de Broyard. sum. praed. tit. rim. & tristitia salutaris.

*Erinaceus.* Cum erinaceus hortum ingreditur, non comedit, nec quiescit, donec arborem confendens aculeos pomis, quam plurimis oneret. Cum autem hortu vult exire, non potest per foramen, quo ingressus est, exire, quia angustum; atque ita omnia poma ibi relinquere cogitur, & sic vacuus & famelicus, exit. Sic avarus spem curarum, afflictionum, plenus dum in hortu hujus mundi est, conatur se bonis temporalibus onerare; & vix frui illis bonis. At verò cum exire cogitur per angustum mortis foramen, omnia relinquit. Diez tit. Avar.

*Avarus est stipes,* in quo diabolus omnem furculum facile inserit. Sicut canis non comedit de foeno, super quod jacet, nec alios permittit illud asportare, sed latrat; quia non sibi, sed aliis, custodit; ita avari non utuntur bonis suis. Summa praedicantium tit. Avar.

*Avarus similis Egro,* qui tota die laboriosè thesaurum portat nocte nihil illi relinquitur, nisi dorsum lectum. Id. ib.

*Est similis Navis exonerata in portu,* in qua fardes solum relinquantur. Id. ib.

*Philosophus quidam dixit,* quòd non optarit malum inimico suo, quàm avaritiam: quia nec hic habet pacem, nec in futuro meritum. Ib.

*Vs, qui congregat avaritiam malam domus sua.* Abac. 2. 9. Et merito: etenim qui aedificat domum suam impensis alienis, inquit Eccl. 21. 9. quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Græcè: quasi qui congregat sibi lapides ad tumulum sepulchri sui. Deo quippe ulciscente ejus justitiam, non multo tempore superstes erit in ea, quam per injuriam aedificat, domo. Diez Avar.

*Revera avaritia in manu suspicientis visus est,* quæ, quidquid apponitur, excuti non permittit; sed more picis, hærere compellit. Novarin. Elect. Sac. 1. 2.

S. II.

Avaritia proprietates, dicta & facta.

Ex Veteri, & Novo.

*Noluitque consistere.* Gen. 31. 20. Hebr. *servatus est Jacob cor Libani.* Cor, id est, opes; quæ erant quasi cor Libani; quæque ut suum cor amabat, ait Lipomannus. Cornel. à Lapide hic.

*Et ego vidi seminum, quod tria canistra farina habebam super caput meum.* Gen. 40. 16. Cibos foret pistorum magister; nec tamen ipse comedit, nec alios edendo offert. *Divites eguerunt,* & *esurierunt.* Psalm. 33. 12. Si divites, quomodo egent? si rebus abundant, quomodo esuriunt? Avaro tam deest, quod non habet, quàm quod non habet: fame navit perire, quàm rebus suis aliquid perdi. Lud. Alvarez Joseph illustr. illustrat. 128. Bellaria pistoris comedeat aves Gen. 40. 17. ipse verò non comedit, nec aliis dedit, ut videas, novo crudelitatis genere, divites libentius subvenire animantibus, quàm proximis. Luc. 15. 16. prodigus cupiebat implere ventrem suum de siliquis, & nemo illi dabat. Adcò forsitan avarus erat Dominus, ut faculatem famulo

ad siliquas edendas negaret; magis curans de impinguis potibus, ut carius venderet, quàm de fame hominis, & famuli, sublevanda. Id. ib.

*Israëlita exiit de Aegypto secum tulerunt oves,* & *armeniam,* & *animantia diversi generis multa nimis.* Ex. 12. 38. quæ novis foetibus multiplicata usque ad ingressum terræ promissionis conservarunt, ut constat Num. 32. 1. & tamen in deserto immoderato appetitu carnes petebant: *quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Num. 11. 4. cur è suis gregibus non maciant? Lyr. propter suam avaritiam parebant suis animalibus.

*Da mihi vineam tuam; ut faciam mihi hortum olivarum.* 3. Reg. 21. 2. Hæc erat omnis infamia, hic omnis furor; ut spatium vilibus oleribus quaeretur. Non tam ergo cupitis ipsi (alloquitur avaros) quasi utile possidere, sed alios vultis excludere. Major cura vobis est de pauperum spoliis, quàm de vestris emolumentis: injuriam vestram putatis, si quod pauper habet, quod dignum possessione vestra est, sustinetur. S. Amb. de Nabuthe. c. 3.

*Rogabant, ut transiret à fratribus eorum.* Matth. 8. 34. Cajet. hic: salutem liberatorum à demoniis, & perditionem porcorum, videntes; magis timuerunt augmentum damni rerum temporalium, quàm concupierunt augmentum salutis spiritualis. Sylveira in act. 16. quæst. 9.

*Anima mea, habes multa bona posita in annis plurimos destruas horrea mea,* & *majora faciam;* & *ibi congregabo omnia, que nata sunt mihi.* Eccl. Luc. 12. 19. 18. Sibi soli universa avarus exambit, qui multos ditare valeret fructibus. Naxera tr. de B. V. §. 28.

*Cur Domini puella,* ob dæmonem expulsum, acriter confurgunt contra Silan, & Paulum. Act. 16. 19. quia magnum quæstum faciebant dominis suis dividendo. Theophyl. hic: volebant puellam dæmone correptam esse, ut quæstum facerent. Vide illos, nè dæmonem quidem curantes, sed unum dumtaxat pecuniæ studium spectantes. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Tot sunt artium venæ, quot hominum concupiscentiæ. Tertull. l. de idololatria.

Possident ad hoc tantum, ne possideret alteri liceat. O nominum quanta diversitas! bona appellans; ex quibus nullus illis, nisi ad res malas, usus est. S. Cyp. ep. 22.

Olim quidam avarus his verbis usus fertur; fortunæ guttam malo, quam mentis dolium. S. Gregor. ad v. mulier. ambitiosè se orantes.

Victum publicani non aliunde, quàm ex pauperum lacrymis habent. Theophylactus in Luc. 19.

Joannes Climacus gradu 16. vocat Avaritiam millicipitem spiritum.

Tristis es, & rogatu difficilis. Occursus pauperum vitas, nè forte aliquid è manibus cocidè exeat.

Unam tantum vocem non habeo, non dabo: nam & pauper ego quoque sum. Pauper es, profecto, pauper, & omnium egenis honorum: pauper, inquam, charitate, humanitate, fide, spe aeterna. S. Basilus ferm. in divit. avar.

Amor divitiarum, oculus est avarorum. Jo. Gerson. de causis errantium.

Nabuchodonosoris statuum auream soliti pueri non adorant. Dan. 3. 18. Et cur non? Respondet S. Chrylost. hom. de trib. pueris: fieri non potuisset, ut illi statua inesset Deitas.

Numquid imago tale potuit demonstrare? Ecce Deus in auro non fulget. Difficultatem nobis S. Chryostomus in manibus relinquit, cum ait, Deum in auro lucere non posse.

*Cur metallum tam præstant esse majestatis divinæ symbolum non possit?* Respond. aurum est valde illiberale, & avarum; ut omnia sibi velit, quo loco generatur; ita late omnia depascitur, & exsugit, ut non arbores, non plantas, ferat terra, quæ aurum producit. Did. Niss. Dom. 1. Quadr. §. 6.

Avara auri, aut dignitatis cupiditas de cognatorum funere gaudet. Naxera in Jos. 2.

In usurarii cujusdam divitis exequiis S. Antoninus concionaturus, thematis loco accepit illud ex Evangelio: *sibi est thesaurus tuus.* Eccl. Sub concionem autem inter cætera ait: mortuus est hic dives, & sepultus in Inferno. Ite ad thesaurum ejus, & in illius medio invenieris cor ejus, corpore jam humato. Abierunt hominis parentes, & amici; & cor adhuc calidum in medio numerorum invenerunt. Surus 13. Junii c. 28.

Avarus paralyti percussus loquelam amiserat. Religiosi hortabantur ad confessionem, communionem; sed nullum signum impetrarunt: quidam assantiam ait: ego cito ab eo habebò signum, & appositum manum ad cantum, quæ erat ad pedes ejus, pecunia plenam, quasi volens eam aperire; & statim quasi expergefactus, capite erecto, voce, & vultu, triste signum vitæ ostendit. Dum verò de Deo, & animæ salute esset sermo, quasi mortuus jacebat. Summa prædic. Alius, cum sentiret manum sacerdotis inungentis eum ait: quis tangit burfam meam? cor enim ejus plus erat in burfa, quàm circa Sacramenta. Alius cum moneretur recipere viaticum, noluit. Et ecce subito venit ex angulo domus diabolus in forma buffonis, ore denarium portans; ad cuius adventum ager os aperiens, denarium recepit, quo strangulatus. Id.

*est sunt, qui argentum &c. ad inferos descenderunt.* Baruch. 3. 10. 18. 19.

S. III.

Avaritia vitium forte, & vix curabile.

Ex Veteri.

*Tollite in aures.* Ex. 32. 2. Furor ut fillat Aaron, petit aurum. Oleaster: summa prudentia est, difficilia petere, ut sic rerum difficultate retrahatur incepto desistat. Luc. de Velloso in Judith 7. par. 45.

Prohibuit Jofue c. 6. 18. nè quis de præda Jerochintina quidquam contingeret; sed Acham inter præceptum divinum, & optimi spoliis, constitutus, hoc illi antepoluit; *pallium coccineum, argenti filios, regulam auream furatus.* Jos. 7. 21. S. Ambrosius l. 2. de offic. c. 26. Jelus, qui protulit solem sistere, nè procederet, avaritiam hominum non potuit sistere, nè serperet. Mendoza in l. 1. Reg. c. 3.

*Avaritia in capite omnium.* Amos 9. 1. Dicitur esse in capite omnium; quia omnibus dominatur, omnia possidet: omnes enim caput, sensus, curas omnes eo intendunt, ut iniquis lucris se ditent. Sic Thren. 1. 5. dicitur: *facti sunt hostes ejus in capite;* id est, hostes threnati viri Jerolomya. Avaritia ergo est in capite, non in calcè; quia caput, id est, phantasma, animam occupat; itaque illi infixa est, ut vix evelli possit; quia tenet arcem mentis, indeque quasi regina, immo quasi Dea, omnibus cogitationibus, sensibus, potentis, membris, & actibus imperat, tamquam mancipis. Corn. à Lap. hic.

Ex Novo.

*Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Matth. 4. 9. Post hæc tentationem fugatur; quia omnem consummarat tentationem, nullamque telum supererat. Et quando jaculum interioris libidinis, otii, invidia? Nimirum radix malorum avaritia est; quia Christus cum vinci non posset, victoriam demoni depravit. Oliva l. 12. Strom. hic. Quasi omnibus vitis fortiorum, pecuniarum cupiditate, postremo loco posuit; extremum illud reservans, quasi quod omnibus valentis esse judicavit. Jo. de Pinna in Ecclesiasticum cap. 7. Tentavit diabolus Christum in deserto de calamitate, in templo de superbæ vanitate, in monte de cupiditate. His tribus tentationibus impugnat adhuc quotidie Fideles, &c. Significat autem sunt in leone, urso, & gigante, quos occidit David; sicut legitur. 1. Reg. 17. 34. 50. Per leonem superbiam; per ursum, qui mel sequitur, concupiscentiam; per giganteum, qui quasi insuperabilis videbatur, avaritia significatur: qui avaritia quasi insuperabilis est. S. Bonav. l. 3. d. 1. Quadr.

*Tuo videns Juhos, quia damnatus est.* Matth. 27. 3. Quanta molit est Christus, ut avassimam Judam converteret, lavando pedes, præbendo Eucharistiam, & admittendo ad osculum; nec tamen pro voto resaccidit. Quanta vis avaritiae! S. Chrylost. hom. 68. in Matth. in ipso proditiois momento & osculari ab eo se sustinuit; sed nihil hinc confectus est. Tantus certè, tamque incedibilis avaritiæ furor est: hæc enim illum, & proditorum nequissimum, & sacrilegum nefandissimum fecit. Audiat hæc omnes avari, quique gravissimo Juda morbo laboratis: quotidie ille cum eo erat, qui non habebat, nisi corpus suum redimeret, & quotidie verbis, & operibus, instruebat, ut non argentum, non aurum, non duas tunicas habere vellet; & tamen reprimere non potuit. de Pinna in Ecclesiasticum cap. 8. Juxta V. Bedam, & Bonav. Hæc interpretatur memoria mortis. Tam ingens fuit ejus avaritia, ut ipsa etiam mortis memoria, proprio nomini infixa, cohiberi nequiverit. Sylveira in Matth. 10. q. 19.

*Hæc mecum eris in paradiso.* Luc. 23. 43. Latroni primum aditus ad paradysum referatur: Cherubim flammæ gladium primum evadit latro. Nempè, ut vult S. Chrylost. hom. 5. in Luc. ideo latro prius inducitur; ut, quàm facit aditus reliquis peccatoribus peccatis, noscimus. Si enim latro aliena apprensus paradysum intrat; quid dubitandum de reliquis? Pinna in Ecclesiast. cap. 7. Nemo est, qui potest excludi, quando receptus est latro. Sanct. Ambros. in Psalm. 39. Altus hic sensus, q. d. tam difficile est hominem avarum absolvere; ut qui latronem liberavit & ostenderit, posse se aliorum morbos curare. Id. in Ecclesiast. 1. Ethologia 3.

*Andreas autem Ananias hæc verba, cecidit, & expiravit.* Act. 5. 5. Cur hic tam severum, in reliquos mitis; se exhibuit Petrus? quia spes non erat de correctione. S. Ambros. ferm. 57. In Anania si avaritiam Petrus potuisset corrigere, non potuisset, sed dum illum parit, alios corrigit. Id. in Eccl. c. 7. Colligimus, non necessarii correctionem præcedere debere, quando nulla spes est emendationis. Lorus hic.

*Disputante Paulo de justitia.* - & *de judicio futuro, tremefactus Felix respondit.* Eccl. Act. 24. 25. Perterrefcit non tamen petat ab eo instrui, quomodo se ad judicium parare possit. Cur? quia avarus. *Sinul & perans, quod pecunia ei daretur à Paulo; propter quod frequenter accersens eum loquebatur cum eo.* v. 26. Hidorus Clarus in act. 2. cernit, ut futuri judicii mentio, ac memoria

etiam gentilem virum perterrefaciat. Sed nihilominus etiam illud observet; pecunie cupiditas quanto ad salutem hominibus sit impedimento, Sperabat, quòd pecunia ei daretur à Paulo; nec querebat instrui, quo pacto stare in terpedibus ante illud tribunal, cuius appellatio illum ita perterrefecerat; & tanta re neglecta, frequentius accerserat Paulum, & cum eo versabatur, ob solam accipiendæ pecunie spem. Navar. Elect. Sac. l. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Corporum amorem, ut qui acris quidem sit, at celeriter extinguitur, pictores eam ob causam cum faucibus, ac pennis, depingunt: quòd nunc libidinem inflammer, nunc rursus fatietatis tædio avolet. At pecuniarum amorem nemo aut effingere ausus est, aut pingere. Cujus rei hæc fortasse ratio est: quia ne amor quidem est, sed insanabilis furor. Aut hæc fortasse: quòd nec fingi; nec pingi potest. Quin ne penas quidem habet: expleri, enim necit, fatietatem ignorat. Tantum verò ab eo abest, quòd ut penas habeat (quibus fatietas, atque tædium, designatur) ut, nè pedes quidem viri nullus cordatus illi tribuere queat: neque enim incedere, aut ab eo, qui capus ea est, demigrare potest. S. Hidorus Pelus. l. 2. ep. 234.

Avaritiæ morbus ejusmodi est malum; ut vix unquam eo liberari possit. Et quemadmodum hæc semper vires, atque frondens, hedera aditas arrepsens arbores valide circumvolvitur, & adhæret, ac nè ramis quidem satisficentibus, aut aere factis, recedit; nisi quis flexus istos, & anguineos quasi gyros foros fecerit. S. Asterius hom. 3. adv. avarit.

Multos equidem novi, qui, etiam cum in morbo cubant, pecuniam salute sua magis ament, & estimant. Id. ib. Quotidianam vitæ experientiam interrogabo, eujusmodi fera fit avaritia? quam agrè, quos semel prehendit, elabi finat; ut vegeta semper, ac valida, nunquam debilitetur; atque deficiat. Id. ib.

Pecuniæ amor morbus est mirè pervicax, expugnatum difficilis, denique & perniciosus. S. Antoninochus Abbas Sanct. Lauræ. hom. 8.

Avaritia difficile est, ut unquam curetur. S. Hier. cum cætera vitia senescant in homine, sola avaritia juvenescit. S. Tho. Com. 21. Pent.

In pluribus semimortuis videre est adhuc viventem concupiscentiam Mundi: frigeant membra, & fervet avaritia; vita nitur, & ambitio protrahitur. Guerric. ser. 3. de Adv. Dom.

Novi etiam fratrem diviti in extremo penitentiam funderem; fuerat enim ultra 30. annos abique confessione; respondit ager: quanti ascendit centenarium piperis? fratrem autem ad verba salutis redeunte, respondit: & centenarium lance quantum valet fratre repetente penitentiam, resp. estne bonum forum de cinnamomo? & saccharo? oh! mercantiae hodie nihil valent! Frater ait: dilectè, volo, ut his dimittis, cum sis in extremis, jam de anima tua cures conficendo. Dum ille voce magna: non possum, non possum! non possum! quibus dictis cum diabolo expiravit. S. Bernard. Sen. fer. 13. art. 2.

Avarus quidam emerat magnam copiam frumenti, & venit penuria annonæ, & ascendit extarius ad 30. solidos; & studenti uxori, filisque, ut id venderet, occasione ad esse ingentis lacri, responsum: sciat, adhuc plus valebit. Et venit fertilitas, & diminutum pretium frumenti ad 10. solidos. Quod ille audiens infansit, factus in Deum blasphemus. Uxor reprensus totum pallium, & quasi mortuum, quærit; qui haberet? respondit, 10. solidos. Recordare Passions Christi. resp. 10. Solidos. Amici suadebant meliorem frugem, resp. 10. solidos. Venit Sacerdos mortuus de contritione, & confessione; resp. 10. solidos. Denique cum suis 10. solidis miserè expiravit. S. Vinc. Ferr. ser. 1. de avarit.

Avaritia fortissima catena est ad tenendos homines, si quaras, cur homines pecuniæ dediti seipsum aliis careant vitis, casti sine, & bene morati? Resp. Anastasius Nican. q. in Scripturam: casti sunt aliqui à Deo protecti, aut cum sint frigide nature; aut superbiam, aut avaritiam habentes, & despici à Sathana: ut pote quòd avaritia sufficiat supra omnia vitia ad eos recedendo obnoxios æterni supplicii. Bæza Eyang. hist. t. 21. c. 6. 5. de Matthæi vocat §. 1.

Senex dives in morte loquelam amiserat per duos dies. Præfentes mortuum, vel morti proximam putantes, clavibus accipit voluerunt cistam aperire, in qua nummi erant; quòd ut vidit, dixit: adhuc vivo! adhuc vivo! Pro pecunia loquax, pro confessione mutus. Summa Prædic. Avaritia.

S. 4.

Avaritia est infatigabilis.

Ex Veteri.

*Da mihi colline hæc ruffa.* Gen. 25. 30. Dapibus abundabat, quas ex venatu, & jure primogenituræ jucundiores in paterna domo habebat. Expressit divitum ingenium, comedentium propria, & elurientium aliena. Mendoza in 1. Reg. c. 10. sect. 2.

*Da mihi partem de mandragoris filii tui.* Gen. 30. 14. Dicebat Rachel ad Liam. Nonne illa apud Jacob, cui gratior erat, lau-

Horibus epulis abundabat? cur viliores petit? Oleast, quia quidquid pauperes habent, volunt sibi divites habere. Id. ib.

Divitiam pelis, impletur anima mea, dicebat Pharo. Ex. 15. 9. Avaritia ludit, furitque inter prodigia. Oliv. lib. 1. Strom. mat. hic.

Terram australem, & argentum desiderii mihi; jungo & iriguam. Jos. 15. 19. Qui multum habet, plus cupit, Antequam Axa terram australem acciperet, non suspiravit, suspirat, cum habet; suspiravit, cum caruit. Maxera hic §. 26.

Achab 3. Reg. 21. 2. hydropic laborabat, dum plenus mero divitiarum adhuc Naboth vineam stitabat. Efcob. tom. 1. mir. Chr. Obscrv. 2.

Rident scientes divitias ejus. Job 5. 5. idest, homines cupidi. S. Thom. hic.

Leviathan Job 40. 20. interpretatur additamentum eorum. Unde significat avaritiam, quæ semper addit denarium denario, domum domui; agrum agro. Hugo Card. in Luc. 8.

Aqua furiosa dulciores sunt. Prov. 9. 17. Sed nec hæc scitum exingunt, quin potius augent: nam adeo ardentur quidam stitunt, ut sanguinem etiam pauperum lugentes non fatientur. Merchants Dom. 16. Pent.

Inferus, & perditio, nunquam implentur. Prov. 27. 20. Perditio est mors, quæ omnia perdit, & status mortuorum. Significat Sapiens cupiditatis gravis malum; scilicet, quod fit inexplabilis instar, & inferni: proindeque nos eam odio profecto debere, velut mortem, & Infernum: ideoque claudendos esse oculos, qui cupiditatem sunt inter nuntii, imò illices, & excitatores. Corn. a Lap. hic.

Sanguisuga dicitur luna filis dicitur offeri offeri. Prov. 30. 15. Beda 1. 3. in Prov. has duas filias, avaritiam, & luxuriam, exponit, quæ nunquam satiantur, quæ semper volunt.

Onia flumina intrant, in mare, & mare non redunt. Eccl. 1. 7. Moraliter innuit eos homines, qui inexplabilis avaritiæ morbolaborant: insatiabile mare eorum desiderium non expletur; quamquam mare torrentium undique ad illos divitiarum conflant. Olympiodorus hic. Nec multitudine fluminum mare, nec divitiarum copia, avari animus expletur. S. Nilus or. 3. de avaritia. Eit mare, in quod omnia flumina currunt; idem. Numquam satiantur. Picinelli.

Avarus non impletur pecunia. Eccl. 5. 9. Pecunia est quasi ligna; quæ, quanto plura fuerint, non extinguunt ignem, sed augent. Et fames avaritiæ in corde est, cuius cibis est pecunia, quæ non in corde, sed in arca mittitur; & ideo fames avari non extinguitur. sicut si quis cibum, quem ventri claruit, non in ventrem, sed in copinum mitteret; nunquam famem ventris fedaret. Hugo Card. hic. Avaritia non fatiatur auro. Sicut vinum in dolio ætium non fedat; sic pecunia in arca stitum avaritiæ non extinguit; quia pecunia non potest intrare. Jo. Geminiani lib. 9. cap. 5. de exempl. & similit.

Repleta est terra argento & auro. II. 2. 7. Nota, non dicit, repletum est cor, sed terra; auro: fieri enim potest, ut terra repleta auro, sed cor avari eo repleti nequit. Nonne intelligis, te in arca habere inclusam vitam pauperum? quid dico, inclusam; imò sepulchram. Quid est arca avari, nisi sepulchrum, ubi sepeliuntur vita pauperum? Cornelius a Lap. hic.

Ex Novo.

Quid vultis mihi dare? Matth. 26. 15. Usque ad mortem Domini amor lucris se ingerit; nec vitæ Salvatoris quærit desiderium parit. S. Cyr. de jejun. & tentat. Chr.

Et ecce homo quidam hydropicus, Luc. 14. 2. Hydropicum rectè comparamus diviti avaro: sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sirit; sic iste, quanto est copiosior divitiis, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit. S. August. Quasi. Evang. l. 2. q. 29.

Redemptor noster ante Pharisei domum hydropicum curat; & eum contra avaritiam disputaret, scriptum est. Avariabant hæc omnia Pharisei, qui erant avari, & heridebant eum. Luc. 16. 16.

Quid est ergo, quod ante Pharisei domum hydropicus curatur? nisi quod, per alterius ægritudinem corporis, in altero exprimitur ægritudo cordis. Hydropicus quippe, quod amplius bibere, amplius sirit; & omnis avarus ex potu stitum multiplicat: quia, cum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhælat. Efcob. t. 1. mir. Chr. Obs. 2. Et habes, & concupiscis; & plenus es, & sitis: morbus est, non opulentiæ. Sunt homines in morbo humore pleni sunt, & humorem stitunt. S. Aug. l. 5. de Verb. Dom. Alios coelestis medicus verbo, aut vestimenti tactu sanavit; hunc autem dextera apprehendit: ad significandum, quam diffi-tilis curatu sit hydrops avaritiæ. Diez Dom. 16. Pent. conc. 2. Nulli vilis videatur hic morbus; qui, sicut potest facile declinari; ita, si quemquam possederit, ad sanitatis remedia vix pervenire concedit. Cassian. de Cœnob. Instit. l. 7. c. 6. Constituit ante Jesum, non alios convivas; quia ille solus poterat mederi. Sylv. in Luc. 14. Hydrops induit tumorem, sic avaritia superbia; Compressio anhelitus: quia avarus omnia ad se congregat, & claudit. Id. ib.

Cupiebat implere ventrem de siliquis, Luc. 15. 16. Nota cum S.

Ambrosio l. 7. c. 14. in Luc. non dixit, cupiebat saturari, sed implere ventrem: quia avarus impleri potest divitiis, non satiari. Pinna in Ecclesia Ethol. 145.

Reliquis ergo hyarum suam mulier. Joan. 4. 28. Domina avaritia, quæ moxorem in sensibus solet exercere tyrannidem, testimonio Zachariæ 5. 6. ipsa est oculus eorum in universa terra. Hæc procul dubio est hyaria Samaritana, de qua, qui biberit, sitiet iterum. Video valetudinarios senes, quorum, consumptis carnis, pellibus os adhæsit, eisque solum videtur superesse sepulchrum. Job 17. 1. Membra frigeant, cupiditas fervet, caro fenectute opprimitur, & ambitio juvenescit. Petr. Blefenf. ep. 141.

Ex Patribus, & aliis.

Avare! an parum est tibi, quod te impleat ipse Deus? Deus si ad te veniat sine auro, & argento, non vis illum. Quid ergo tibi de his, quæ fecit Deus; sufficit, cui, Deus ipse non sufficit? S. Aug. in Pf. 30. conc. 3. propè medium.

Toties recurrentibus mercatoribus exaratum erubescit Sidon, dicit mare. Hoc est, meos fluctus negotiator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietor. Verecundioris venti sunt, quàm vestra cupiditates illi habent otia sua, nunquam vestra querendi studia feriantur. Et, cum otiosa tempestas est; nunquam vestra otiosa sunt navigia. S. Ambros. l. de El. & jejun. c. 19.

Auri furor ardentius humano fervet in pectore, quàm caminus totus ignificat incendis; & acrius homines dissolvit in terra, quàm solvitur in calore flammaram. Credulitatis dominus, sævus hostis, amando laedit, turbat quietem, admittit innocentiam, docet furtum, suadet fraudes, imperat latrocinium. S. Petr. Chrysol. fer. 29. de Mathæo.

Quid est eos intensus hominis, nisi desiderium cordis? sed hoc os omnes Aegypti delicia implere non possunt, quia omnes divitiarum Mundi carnali desiderio satisfacere nequeunt. Vide, quàm parva portio humani corporis, & quàm angustum foramen sit os carnis. Quis non videat, quàm parvum est, quod una panis buccella impleri potest. Quod est ergo una buccella ad os carnis, hoc est totus Mundus, imò multò minus, ad os cordis. Rich. à S. Viêt. In illud Pf. 80. 11. dilata os tuum, & impleto illud.

Nonne stultus est? volens extinguere ignem ligno, oleo, pice? nonne etiam stultus est, qui volens extinguere stitum, sal comedit? Sic stultus est, qui, satietatem appetens, congregare divitias studet; quia suos possessores faciunt amplius stitentes. S. Bonav. fer. 106.

Avaritia insatiabilis ebrietas: & sicut ebrii, quanto pluri vini ingurgitant, tanto magis ad stitum inflammantur; sic & isti, quoque insaniam hanc inordinam nunquam silire possunt. S. Chrysol. hom. 22. in Gen.

S. Chrysol. in illud Pf. 38. 7. frustra conturbatur omnis homo vivens: commoventur aquæ, & iterum fedantur; moventur terra, & rursum confirmatur; ventus impelluntur, & iterum quiescunt; omnis fera tumultuatur, & satiata desinit; flamma excitatur, & materia subiecta cum consumpta est, extinguitur. At verò homo, cum semel pecuniæ cupiditate inflammatur, nunquam desinit: cumque hoc accepit, ad illud cupiditate rapitur; & cum illud affectus est, ad aliud impellitur. S. Chrysol. hic.

Nonne stultus est, volens extinguere ignem ligno, pice, & oleo? Nonne etiam stultus est, qui volens extinguere stitum, sal comedit? Sic stultus est, qui satietatem appetens, congregare divitias studet: quia suos possessores faciunt amplius stitentes. S. Bonav. fer. 106. de temp.

Christiani quiescunt in die Dominico, Judæi in Sabbato, Agareni die Veneris; avarus autem nunquam quiescit. Causa dies ejus doleribus; & arumvis, pleni sunt. Eccl. 2. 23. S. Vinc. Ferr. fer. 5. post Oculi fer. 2. Avari potantur de caldarii plenis argento, & auro liquefacto. Id. Dom. 17. post Trinit. fer. 2.

Ferunt, leones satiatos esse innoxios; at avari hominis appetitus insatiabilis est; neque ulla copia parit rapinæ, & aliorum damnis. Id. Clarus l. 1. or. 56.

Si resurrectionis æternæ gloriam fiduciale, & indubitabiliter, expectares; ageres, quod agis, nec sic te terrenorum foecibus immergeres, qui immundis avaritiæ, te totum implicas, & involvis. Petr. Blef. ep. 9. ad Radulphum Ep.

Quis non misericordiam erga hunc corripuerit? adeo à se ipso profugiat, anxius in tanta copia, miserum in tot bonis. Non enim proventus ei terra ferebat, sed stetus, & suspiria; non fructuum copiam, sed curas, & dolores, & graves anxietates. Divitiarum alios ad lætitiarum invitare solent; hunc verò avarum in miseriam adducunt. S. Basil. ferm. in div. avaros. Super illud: quid faciam? Luc. 12. 17.

Avaritiæ malum stare nescit, aut quiescere; sed ignis naturæ similis: ignis enim, postquam incendium attingit omnem propter absumere materiam. Id. fer. de avarit.

Si totus Mundus esset possessio ejus, non quiesceret animus ejus: nam aut vellet Deum plura creasse, aut alium constitutere creatorem plura creantem; ut postmodum in omnibus haberet potestatem. Hæc sola naturæ, præ cæteris vitis, adversatur: quia neque in terra, neque in aqua, neque in aere, neque in igne, vellet habere confortem. Vellet ipsa moderari naturam, dispositionem im-

inbitum, vim caloris, nubium, & ventorum; ut sibi ad nutum in angelis propriis deferrentur. Sim. de Cass. l. 8. c. 50. de avarit. Ercovius. Lem. incrementorapator, Picinelli.

S. V.

Avaritiæ miseriam, pericula, damna.

Ex Veteri.

Agnum trade tibi, & speluncam, quæ in eo est. Genes. 23. 11. Abraham precatur, ut Ephron filius Sephor, speluncam duplicem digno pretio sibi vendat; Ephron speluncam, & pretium liberaliter offert; sed Abraham relatis gratis agrum precatur, non donari, sed vendi: quæso, ut andias me; dabo pecuniam pro agro, suscipe eam; & sic sepeliam mortuum meum in eo. Ut sepulchrum sibi compararet, pecuniam reddidit: nam nisi pecuniæ amore vicisset, sepulchrum quietis patriam, curam exitium non possidebat. S. Hier. ep. ad Geran filias: quid est sepulchrum? locus quietis; ubi juxta Mundi artem defunctorum corpora collocantur. Vera ergo intelligentia locum sibi requiescentis pater Abraham fide sua, & pecuniæ contemptu; comparavit: Naxera in Jos. c. 7. §. 1. divitiarum nempe cupiditas, res anxia, inquietas.

Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi horum olivum. 3. Reg. 21. 2. S. Ambr. l. de Nabuth. c. 2. quæ alia vox egenis est? quæ vox alia sibi publicum postulantis: nisi: da mihi, quia egeno; da mihi, quia aliud vivendi subsidium habere non possum. Mendoza hic in l. 1. Reg. c. 10.

Turbatus est Spiritus ejus, & projecit se in lætulum suum avaritiam faciem suam. Non comedit panem. 3. Reg. 21. 4. S. Ambr. l. de Nabuth. cap. 3. divites crispis quidem pauperibus universa; poenam tamen pauperum vobis divites sustinetis. Illi jejunant, cum non habent vos, cum habeatis. A vobis injurat poenam exigitis, quam pauperibus erogatis. Bæz at. 2. l. 10. c. 3. de cæro nato Jos. 9.

Veruntamen frustra conturbatur. Pf. 38. 7. Cum dixisset, nullam creaturam inveniri, quæ, sic commoveretur, non iterum quiesceret; solum hominem dixit semper commoveri; & inquietum esse, postquam semel captus fuit cupiditate divitiarum. S. Chrysol. hic.

Dormierunt somnum suum viri divitiarum. Pf. 75. 6. Vocat viros divitiarum, quia non domini erant, sed divitiarum servi; sicut in scriptura viri Dei vocantur, quia Deo fideliter serviunt; sic avari viri divitiarum vocantur, quia eis perpetuo ministerio sunt mancipati. Did. Stella in Luc. 7.

Dulcis est somnus operantis; sicut parum comest, sicut multum; fatigatus autem divitiis non sinit eum dormire. Eccl. 5. 11. Famulus securam vitæ ducens, quocumque denum vitæ alatur, dulci somno reficitur. At qui pecuniis fervit, herum habet imperturbum; qui dormire cum non sinit; & curam sellicet angendi lucris anxietatis plenam. Avaros non somnus excipit, sed horribilis mors: quæ non sinit eos quiescere, sed æterno tradit supplicio. Olympiod. hic.

Saturatus divitis non sinit eum dormire. Eccl. 5. 11. Excitat eum cupiditas, excitat cura pervigil aliena rapiendi; torquet invidia, moxa vexat, sterilitas proventus insecunda perturbat, sollicita abundantia. S. Ambr. l. de Nabuth. c. 6.

Pecunia oblectat omnia. Eccl. 10. 19. Cajet. argenteum humilia omnia; quia scilicet tam grave onus servitutis ejus, ut nullus sustinere possit. Efcob. t. 3. Colloq. Chr. obs. 4. S. Thom. patitur durum dominium, quisquis servit mammonæ.

Ex Novo.

Non potestis Deo servire, & mammonæ. Matth. 6. 24. Anselm. non possimus simul Deo servire, & divitiis: quia unum sustinebimus, & alterum contemnemus; Deum scilicet postponemus amori divitiarum. Judas, ut serviret marsupio, Christum adeo sprexit, ut vili venderet. Ut quid perdidit hæc? Matth. 26. 8. ubi Hier. infelix Judas, damnum, quod ex effusione unguenti se fecisset credebat, vult Magistri pretio compensare. Quid vultis mihi dare? Matth. 26. 15. non possulat certam summam, paucis contentus. Imperiosus Dominus est am habendi, facilius impugnanis animos, quàm corpora, Siculorum immanitas tyrannorum. Nemo est, cui tam diu, tam devotè serviat: quocumque vult, suum dicit servum. Vix de cupiditate triumphat, de quo semel cupiditas triumphavit. Miserabilis cupiditas de Saule ipso, quom Saule de Amalech triumphavit. Hildebert. Turon. Ep. ep. 47.

Alienis laqueo se suspendit. Matth. 27. 5. S. Chrysol. hom. 86. Audite ista, audite, inquam, avari; versate animo, quod Judas passus fuit: nam & pecuniam amisit, & scelus admisit, & animam perdidit. Sylv. hic q. 4. hæc atrox avaritiæ tyrannis facere solet. Id. S. Chrysol.

Hæc nolle animam suam repetent à te. Luc. 12. 20. S. Ambr. l. de Nabuth. cap. 8. nocte anima avari repositus; quæ à tenebris incipit, & tenebris perferat. Avaro semper nox. S. Chrysol. ferm. 104. Convenienter hæc nolle inquit; quia fugiens misericordie lucem, avaritiæ tenebris se mancipaverat. Sylv. hic quæst. 9.

Dañenam herrea mea. Luc. 12. 18. Videns, ut nollit Deus agrorum feracitate abuti ad cupiditatem mortales: quæ enim frumenta sunt; eriguntur; si condantur, inaconium vertuntur. Mirum portentum! cum læs nulla obesse solet; nisi prodeat; solum triticum; si condatur, interit. Sica evaginatur, ut feriat; anguis proflit, ut mordet; & prorumpit fulgur, ut graffetur; legestum mortem inferit; cum sepelitur. Oliv. lib. 1. Strom. hic.

Da mihi portione substantiæ. Luc. 15. 12. &c. Ecce, quid facit cupiditas ad censum præceptis! Ecce quemadmodum sine patre census nudavit filium, non ditavit: census filium tulit è gremio patris, ejecit de domo, exemit patriam, ipsolavit fama, exuit castitatem. S. Chrysol. fer. 10.

Sepultus est in inferno. Luc. 17. 22. Cur usque hic verbo sepultus, cum aliàs dicat: mittent eos in caminum ignis. Matth. 13. 42. Quàm dnos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Matth. 18. 9. quia de divitiis agebat damnatione. Hic ex auri pondere non tam mititur in gehennam, quàm in profundo sepelitur. S. Ambros. avarum natura grave, gravius sit avaritia. Efcob. tr. 3. Colloq. Chr. lib. 6. obs. 5.

Quis nos separabit? Rom. 8. 35. S. August. ferm. 53. de Sanctis: idem extorquet avarus dicendo in corde suo: quis nos separabit à cupiditate auri? trib. an angust. an persecutio? possunt & avari dicere auro: propter te occidimur tota die. Paoletti Dom. 16. Pentec.

Ex Patribus, & aliis.

Avaritia virtutem effecinat: nihil enim tam contrarium fortitudini virili, quàm lucro vinci. S. Ambrosius lib. 1. offic. c. 39. si putavi aurum robur meum, Job 31. 24.

O homo, qui laboras amando avaritiam; cum labore amatur, quod amas; sine labore amatur Deus. Avaritia iustitia est labores, pericula, tribulationes; & obtemperatus es. Quoties ut habeas, unde impleris carcam, perdas securitatem. S. Aug. tr. 10. in ep. S. Joan.

Dura jubet avaritia, levitia jubeo (ait Deus) onus ejus grave, sarcina mea levis est: jugum ejus asperum est; jugum meum leve est. Noli velle ab avaritia possidere: Jubet avaritia, ut mare transeas; & obtemperas: jubet, ut te ventis, procellisque committas; jubeo ego, ut ante ostium tuum, ex eo, quod habes, des pauperi; piger es ad faciendum ante te opus bonum. Et strenuus es ad transeundum mare, quia avaritia imperat, servis, quia Deus jubet, odisti. S. Aug. in Pf. 128.

Sicut periculofissimum est furiofo, si sensem teneat; sic divitiarum cumulus avaro periculosus; imò verò etiam multò magis. S. Chrysol. in Matth. 15. hom. 52.

Animus, qui pecuniarum cupiditate distrahitur, non faciliè ab his abstinet, quæ Deum ad iram provocant: utpote qui alterius servus sit Domini, omnia ipsi contra divinas leges præcipiens. Id. hom. 7. in Jo. 1.

Avarus non parum dolet, quia terra pro spicis aurum non producit, quia fontes non manant auro, quia montes loco lapidum aurum non habent. Idem in Matth. hom. 81.

Omni tyranno gravior est pecuniarum cupiditas: nullam enim voluptatem habet; sed curas, invidiam, infidias; odia, calumnias; & innumera virtutis impedimenta &c. O amarum servitium! o diabolicam potestatem! hic omnium affectuum molestissimus est. Cum tantis malis devincti gaudeamus, & catenas libenter amplectimur; & tenebrarum carcerem habitantes in læcem prodire nolumus. Numquid propterea in hunc Mundum venisti? num propterea homo factus es, ut æs, & aurum, accumulales? non ideo te ad suam Deus finxit imaginem; sed ut sibi placeas, ut futura bona consequaris, ut cum angelis pallas. Id. in Jo. hom. 57.

Pueri etiam terribilius nullam ducunt rationem; sed sepe etiam in ignem manus immittunt; personas autem inanes videndo pertimescunt. His sunt avari similes, qui pauperum quidem veniunt, quæ non modo terribilis non est, sed fundamentum potius est securitatis. Injustus autem divitias, & alienorum bonorum invasionem multi facit, quod est omni igne terribilius. S. Chrysol. in Pfalm. 9.

Expelle tyrannum avaritiam, si vis reginam recipere justitiam: ista enim est regina; & liberus ex servis facit; & non è diverso illa. Idem in ep. 2. ad Corinth. c. 9. hom. 19.

Avari sunt similes pueris, qui vana sectando discuntur tota die. Cum serò domum redeunt, nihil utile fecerunt ferunt: sic avari totum Mundum circumeunt, montes transeunt; maria sulcant, & omnibus laboribus; & periculis se exponunt: sed cum in morte ad conscientiam redeunt, nihil sibi lucri, præter vanitatem, & culpam inveniunt. S. Bonav. fer. 89. Dom. 4. Pent.

Foenus pecuniæ, fumus est animæ. S. Leo ser. 6. de jejun. decimi mensis.

Qui opes congregat, ignem in sinu portat: cum colubro dormit, qui opes ambit. Petr. Blef. f. 9. in Purif.

Quid relinquitur avari, cum moriuntur? elemosynas magnas. Audi testamentum eorum: pro elemosyna animam dant demonibus; corpus terræ; & devorantibus vermibus; divitias vero

verò Mundo, & mundanis hominibus; S. Bern. Sen. tom. 1. l. 14.

Artic. 1.

Numquam sine fluctibus est mare; nec avarus sine ira, & metore.

S. Nilus in orat. de avaritia.

Felix, & beata, foret vita mortalium; si cupiditas non esset.

S. Fulgent. fecit. de Abfalon.

Plus concupiscentia Mundi, quam substantia, nocet. S. Bern.

ser. de Verb. Petri.

Quidquid ex prava cupiditate nascitur, serpens est. S. Greg.

Nyli. l. de vita Moyf.

Qui cupiditates tolli, & metum sustulit; nam ex cupiditati-

bus metus veniunt. S. Cyprian. l. de bono pudicitie.

Divitiarum servus, non dominus, est avarus; at misericors

et servos probat se habere, quot nummos. S. Petr. Chrysol.

ser. 54.

S. VI.

Avaritia idolorum servitus.

Ex Veteri, & Novo.

Hil sunt dii tui Israel. Ex. 32. 4. S. Chrysol. ser. 29. Aurum Ju-

daicum populum suo captivavit aspectu, vicit illece-

bris, specie decipit; ut hoc Deum esse crederent; & Deum ve-

rum, Deum tot beneficiis cognitum, denegarent. Sic convertit

hominem in jumenta aurum; ut, vituli caput, caput suum crede-

rent; & omnium rerum capiti pecudis atollerent. O de-

mentia digna capite vitulino. Efcob. t. 6. par. Chr. Obf. 4.

Tulerunt Dagon, & restituerunt eum in lacum suum. 1. Reg. 5.

3. Quod cœci homines colerent idolum Dagon, non mirum; cum

illud aris impositum carnebant: ab nunc non in aris positum, sed

humijacentem, dejectum semel, & bis, imò contractum, vident,

& tamen adorant, & adhuc in ejus cultu perseverant? Quoties

avarus vidit arcas à latronibus effringi, vestes tinea corrumpi, do-

mos igne exuri, omnia terrena bona vento citius disperare? &

nililominus ea adorat! Bæza t. 2. l. 11. c. 7. §. 6.

Repleta est terra argento, & auro. II. 2. 7. & mox sequitur: &

repleta est terra idolis. V. 8.

Dives effidit sum, inveni idolum mihi. Of. 12. 8.

Qui statuat auream Nabuchodonosor non adorabant, in

ignem mittebantur. Dan. 3. 6. sic multi, nè in fornacem pau-

peratis ingrediantur, de qua II. 48. 10. elegi te in camino pauperatis,

auream statuat, scilicet temporalia bona adorant. Diez conc. 1.

in comm. Conf.

Disperserunt omnes involuti argento. Soph. 1. 11. Involuti, quia

corsum, omnemque affectum, dederunt argento. Alii vertunt,

peratores argenti: argentum enim est idolum, quod portat avar-

us. Adit Delio adagio 1008. sicut infantes, qui rebus villi-

bus delectantur, involuntur fasciis: ita divites argento. Corn.

à Lap. hic.

Hac omnia tibi dabo, si cadens adoraveris. Matth. 4. 9. Hoc &

nunc dicit avaris, ut adorantes se omnia hæc habeant. Theophyl.

in Matth.

Avaritia idolorum servitus dicitur ab Absololo. Eph. 5. 5. quia

avarus proprie in effectu, & opere, exhibet creaturæ, scilicet

pecuniae, illud, quod deberet Creatori, & præcipue fidem,

spem, & charitatem. Joan. Gerfon. de 7. vit. capit. Unde Glossa

non ait habere divitias, sed servire. Servit, qui divitias custodit

ut servus, sed qui servituti excussit jugum, distribuit ut Domi-

nus. S. Bonaventura in hac. Dicitur ille servire mammonæ, in

cujus affectu divitiae dominantur. Idem ibid.

Ex Patribus.

Cum Apostolus avaritiam idolorum nominet servitutem,

quomodo tu Christum colis, qui idolum in pecunia veneras? S. Petr.

Dam. opufe 3. contra Cl. Regul. propriet.

Planè cum confidis in incerto divitiarum, qui in solo Deo

spem tuam ponere debuisti; non jam jure Chriticola dicendus

es, sed nannicola. Idem l. 1. ep. 18. ad Alex. 2. Pontif. Certè

tam nobilis pecunia Christus est; ut consortium omnino asperner-

tur pecuniae; nec cum forte pecunie se patiatur includi. Id. lb.

S. VII.

Avaritia malitia.

Ex Veteri, & Novo.

Nemo vidit fratrem suum. Ex. 10. 23. Cupiditate namque præ-

occupatus animus non videt fratrem suum, non agnoscit

proximum suum. S. Rupert. Abb. in Ex. c. 39.

Quid vultis mihi dare? Matth. 26. 15. Qui veritatem pro pecu-

nia negant, Dominum pro pecunia vendunt; ipse enim dixit: ego

sum veritas. V. Beda hic. Ecce infelix! qualiter excecatus est!

maluit seipsum perdere, quam denarios perire: denarios templo,

seipsum laqueo addidit. Drogop. Sylv. c. 6. in Matth. 27. v. 5. q. 3.

Crucifixi sunt cum eo duo latrones. Matth. 27. 38. Cur sola ava-

tui; nec, ut præsit populo, commodus. S. Chrysofomus in

Matth. 26. hom. 81.

Maledicta est avaritia ara: nam si ad simulacrorum accesseris

aram; videbis eam caprinam, & bovium, olentem sanguinem:

ad ipsam verò avaritiam aram si veneris, humanum sanguinem vi-

debis miserè, & crudeliter, exhalantem. S. Chrysol. in ep. ad

Ephes. serm. 18.

Auri furor ardentius humano fervet in pectore, quam cami-

nus totus ignescit incendiis; & acrius homines dissolvit in terra,

quam solvit in calore flammarum. Crudelitatibus dominus, sav-

us hostis; amando lædit, nudat vitando, ipsum etiam captivat

aspectum; fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem,

&c. S. Chrysol. l. 29.

Avarus, injustus, & crudelis, est quodammodo ipsi rebus ina-

nimatis, quas possidet: quia frumentum, vestes, cibos &c. in care-

ere putrefcere faciunt. Jacob. 5. 2. Divitis vestra purisfalla sunt.

Et in hoc crudeliores sunt infirmitate, & damonibus; qui nullum in-

carcerant, qui non demeruit. Summa prædic. tit. Avar.

In Ecclesia SS. MM. Placentinorum puteus quidam scatenis oleo

saluberrimo erant; ad quem steterat avaritia lucrum inde quærens.

Boll. 2. Jan.

S. IX.

Avaritæ origo.

De, ut lapides isti panes fiunt. Matth. 4. 3. Theophyl. non di-

xie, dic, ut lapis hic panis fiat: sed ut lapides isti panes fiunt;

volens Christum ad superflua infirmitate. Esurienti enim unus panis

sufficit. Efcob. t. 2. perfec. Chr. obf. 7.

Sicut de vestimento tinea, rubigo de metallo, de necessitate

fures nascuntur, ita de divitiis avaritia, cupiditas de quæstu, de

habendo habentur ardor, acquiritur. S. Chrysol. l. 7.

Philargyria, id est, amor pecuniarum, plerumque sumit prin-

cipium ex tepido erga Deum amore. Jo. Cassian. l. 7. c. 1.

Cur mulieres Babylonis similes avari? Aureum habent caput;

nilil, præter opes, mente versant. Cur aurum caput occupavit?

quia lutum in pedibus ejus. Mortis oblivio cupiditatem parit.

Jaceret sub pedibus aurum, si pulvis resideret in capite: facile

contemnit omnia, qui se cogitat moriturum. Oliv. t. 2. Strom. S.

annes, quæ sua sunt, quærunt.

S. X.

Avaritæ remedia, & ei opposita.

Primum.

Pauperes Christi.

Quæ avaritia sanari potest, si paupertate Filii Dei non fan-

tur? S. August. lib. de agone Christiano c. 11.

Qui divitiis sublimatur, aspiciat Mundi dominum esse pauper-

rum, & egenum. Quis unquam ita pauper, ut Dominus; ut

cunam ad solatium non haberet? S. Bonav. scit. 11. de temp.

Quis cupidus esse audeat? dum Christum videt nasci in sta-

bulo, ponit in præsepio, jacere in fœno, omni carere tempore

subsidio; & nudum suspendi in ligno. Idem f. 2. in Conv. S. Pauli.

Secundum.

Eleemosyna.

Remedium, ad evadendam avaritiam, unicum assignat, elee-

mosynam. S. Isid. Pelusiot. l. 2. ep. 233. quæ collecta sunt, vel

confertim, vel paulatim egenis distribuantur. Nam hæc demum

sola ratio est, qua ab hujusmodi cupiditate revocemur.

Si ligna apposta igni subtrahuntur, deficit ignis; ita in avaro,

si divitiæ ejus subtrahantur sibi, & dividantur inter pauperes;

extinguitur ejus insatiabilis appetitus. S. Bernard. Sen. ser. 6. de

Amore.

Febri potest dici avaritia. Hæc febris curatur per tactum ma-

nus; quando Dominus scilicet manus tangit; id est, quando facit

avarum manum pauperi porrigere, eleemosynam largiendo.

Hugo Card. in Matth. 8. 14.

Radix omnium malorum quid est? Avaritia. Radix omnium

bonorum quid est? eleemosyna. Et qui nunc vulneratus es per

avaritiam; cura te per eleemosynam. Mortuus es per avaritiam; te

vivum ostendit per eleemosynam. S. Laurent. Novar. homil. de

Tertium.

Memoria mortis.

Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis. Gen. 18. 27. Quid

divitias suas estimabat, qui seipsum pulverem, cineremque pu-

tabat. S. Greg. apud Efcob. t. 1. Mir. Chr. l. 3. sect. 1. obf. 4.

Israëlites exierunt de Egypto videntes in Egyptis, & sepe-

lentiibus mortuos suos. Num. 33. 4. In conspectu sepulchri ho-

mines vel avarissimi nihil solent pendere divitias. Spernit divi-

tias, qui cinerem terminum meditatur. Efcob. tom. 3. Colloq.

Chr. volum. 4. lect. 2. obf. 7.

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

De sanguifuga dicunt Philosophi, quod si alleui rei inheret, &

ei cinis injiciatur, statim distinguitur, & recedit. Avaritia est

sanguifuga, & nimia sollicitudo de rebus terrenis, quæ animæ

sanguinem, virtutemque, liguunt. Injice cinerem, id est, serio

cogita; te hodie, aut cras moriturum; & recedat hæc sanguifuga.

Diez fer. 4. Cin.

Alia remedia, & opposita.

Christus Luc. 15. ad peccatores revocandos, tres per ordinem

parabolas ponit, ovis, drachmæ, filii: parabola ovis contra su-

perbiam, drachmæ contra avaritiam, filii contra luxuriam, obji-

ciens; & sic ab omni peccato revocat eos. Hugo Card. hic.

Traditus est pro denariis inimico, nè tu traderis pro denariis

diabolo. S. Bonav. Do. n. Quinq. l. 2.

Septem vitia capitalia sunt septem donis opposita: opponitur

enim sapientie luxuria, intellectui gula, consilio avaritia, forti-

tudini accidia, scientiæ ira, pietati invidia, timori superbia.

Id. in Luc. 11.

Officium donorum Spiritus Sancti est, dissipare omnes viti-

orum obliquitates. Primum enim Timor propulstat reliquias super-

biæ. Consilium avaritiæ; disipat enim Consilium ad Spiritum

paupertatem: Si vis perfectus esse &c. Matth. 19. 21. S. Bernard. t.

3. serm. in die Pent.

Fræna desiderium, & non cades in laqueum. Si autem vicerit

te desiderium esca, mittit tibi collum in laqueum, & capiet te

anceps animarum. S. Augustinus in PL. 139.

Dico Domino meo: Deus meus es tu; & dicit mihi Dominus

meus: ego Dominus Deus tuus. Homo, cujus Deus est, quid

amplius querit? si sufficit tui Deo, sufficit tibi Deus. Ego tu

Dei; & erit tuus Deus tuus. S. Cyp. de Ascen. Chr.

Quando cupiditate flagras; cogita, quoniam sis perverentur.

Sit in terram dissolutum iri consideraveris, reprimetur cupidita-

tis furor. Terra es, & in terram reverteris. S. Gregorius Nyll.

or. 2. in hominis procreationem.

Varia de avaritia.

Judæi modò facti sunt spongiæ, & sanguifugæ regum, & prin-

TITULUS XXVII.

AULA.

S. I.

Periculosa, noxia.

Ex Veteri, & Novo.

Accidit, ut peccarent duo Evansi. Gen. 40. 1. Judæi dicunt,

peccatum pinceræ in eo fuisse, quòd musca inventa fue-

rit in poculo Pharaonis; pistoris vero, quòd pilus in pane.

Oleasti. Hoc communiter servis principum evenire solet, ut pro-

pter facilem causam in carcerem detrudantur; & una hora per-

dant, quòd tota vita meruerunt. Varia, & injusta res, est prin-

cipis animus; ut qui pro minimo hominem evehat, & pro mihi-

lo deprimat. Alvarez in Josephi Illustr. Illustr. 122. Aula, & au-

ra, una tantum litera distant.

Quomodo palam fallum est verbum illud. Ex. 2. 14. Vide, quam

instabiles aula honores. Moyses, adoptatus in filium regis, pel-

litur in exilium. Verè dixit Philo libro: quòd Deus sit immuta-

bilis: sicut affluentiam sequitur paulò post refluxus; sic re-

rum caducarum affluentiam sequitur paulò post refluxus. S. Athana-

sius, cum Juliano Apostata justis Alexandria in exilium pelleret-

ur, & circa se Christianos lacrymantes videret, dixit: bono ani-

mo estote; nebula enim est, quæ citò evanescet. Corn. à Lap. hic.